UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Signa eorum, qui credunt habere bona sua à se, sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

dies uidere bonos. Prohibe linguam tuam à malo, &c.

Signa eorum qui credunt habere bona ſua à ſe, ſunt quatuor.

PRimum eſt, quia ille qui utitur hoc uitio, de bonis ſuis in corde ſuo gloriatur. Contra talem dicit Paulus. Quid habes quod non accepiſti? &c. Secundum eſt, quia de bonis ſuis ſe iactat. Iob. Si obſculatus ſum manum meam, &c. quæ ſequuntur. Tertium, non habentem ſimilia bona contemnit quod eſt ſtultum. Vnde Bernardus loquens de pharisęo dicit. Fruſtra inflaris aduerſus publicanum, ideo quia non habet ut tu, quia non accepit ut tu, gratias agendo; probas te nihil tibi tribuere ceteros aſpernendo, prodis quod in ore & corde locutus ſis ut iudicares publicanum contemnendum per te, ſiue præ iſto honorandum te cenſeres. Quartum eſt, quia deo renuit ſeruire, & de bonis ſibi à deo datis, deo in pauperibus homo tribuit, ideo bona ſua à deo non recognoſcit. quia ſicut dicit ſapiens; Veriſſima recognitio domini eſt redditio cenſus, uel ſeruitij.

1. Cor. 4

Iob. 31.

Bernar.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN